



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio tertia. Vtrum omnia subsint diuinę prouidentiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

QVESTIO TERTIA.  
Vtrum omnia subsint diuinæ  
prudentie.

Thom. I. q. 22. art. 2.

**C**ONSEQUENTER queritur de prudentia  
dei, vtrum omnia subsint diuinæ prudentie. Et  
videtur quod non, quia quorum non est prudens, non  
est prudentia, quae est pars prudentie, sed necessariorum  
non est prudentia, quae est solum de contingentibus, de  
quibus est consilium & electio, ut patet ex. Ethicorum.  
Quum ergo in entibus multa sint necessaria, videtur &  
non omnium sit prudens.

Item ad prudentiam pertinet remoto eorum quae  
impeditur a consecutione finis, sed mala impeditur a  
fine, ergo ad prudentiam dei pertinet mouere mala  
a rebus prouis, sed constat quod in rebus sunt multa ma-  
la, ergo non omnium est prudentia.

**S**ED IN CONTRARIUM est quod dici-  
tur Sapientia. 12. quod æqualiter est ei cura de omnibus,  
sed nomine cura vel sollicitudinis significatur prouid-  
entia, quare &c.

**R**E S P O N S I O. Videnda sunt tria. Primum est  
quid sit prudentia, & an deo conueniat. Secundum est  
vtrum prudentia sit de omniis. Tertium est vtrum  
sit de omnibus æqualiter.

**Q**VANTVM ad primum sciendum est & hoc  
ordinem consequuntur, scientia, dispositio, prudentia,  
& gubernatio, & sic potest videri accipiendo, & prouiden-  
tia ad prudentiam pertinet, sic autem est deo respectu  
tutori vniuersi, sicut est de duce respectu exercitus, vel de  
patrifamilias respectu domus, & primam quidem compa-  
rationem habemus ab Aristotele. 12. meta. secundum autem accep-  
te possumus ex eadem ratione (vt patet) prudens autem dux  
exercitus primo ordinat singulos de exercitu vniuersi  
collocans in gradu suo, & in alio ponit equitem, in alio  
vero peditem, & sic de aliis. Similiter & in domo bene or-  
dinata paterfamilias primo ordinat personas domus  
quamlibet in gradu suo, & in alio ponit seruum, in alio  
vxorem, & in alio filium ordinans quod quisque agere  
debeat ad consequendum finem intentum, secundum si  
ordinatus coferat ea que sunt necessaria ad officia exequen-  
da, & vtrumq. horum supponit voluntatem & cognitionem  
finis, propter quem haec ordinantur & sunt.

**S**ecundum hunc modum in toto vniuerso, est primus  
ordo partium secundum diuersos gradus naturarum, nam  
secundum nobilitatem nature tenet res altiorem gradum,  
in entibus & ordinantur ad nobiliiores operationes. Se-  
cundo est ibi collatio eorum que necessaria sunt cui libet  
nature ad consecutionem finis per illam operationem.  
Ratio autem vtriusq. istorum est apud Deum ab aeterno,  
sed executio est ex tempore. Ratio igitur primi existens  
apud Deum, vocatur dispositio, quae respicit ordinem par-  
tium in toto. Sed ratio secundi vocatur prudentia, que  
est eorum que expediunt rei ad operationem propter cölec-  
tionem finis. Prouidus enim dicitur qui bene conieca-  
rat ad conferentibus ad finem. Executio autem primi est  
creatio, sed executio secundi vocatur gubernatio, sicut scri-  
ptum est Sap. 14. Tu autem pater gubernas omnia prouid-  
entia. Ex quo patet quod gubernatio supponit prouiden-  
tiam sicut actus imperatus ab ea. Prudentia autem dis-  
positionem, quia prius est vnuquodq. ordinare in suo  
gradu, & prouidere de necessariis ad exequendum officium  
suum. vtrumq. autem horum supponit scientiam, per quam  
Deus non solum cognoscit ea que ordinantur inter se, &  
ad finem, sed etiam ipsum finem, propter quem istum ordi-  
nem instituit. Patet ergo quod prudentia est per & directe  
pertinet ad intellectum practicum, sicut & prudentia: vn-  
de & Boëtius. 4. de consolatione dicit quod prudentia  
est ipsa diuina ratio in summo omnium principe constituta,  
sed executio prudentie non sit nisi mediante volun-  
tate diuina que importat actus transeuntes in materiam  
exteriorem, & sic loquitur Damasc. lib. 2. cap. 29. quod prouid-  
entia est diuina voluntas, secundum quam omnia que  
sunt in finem, conuenientem deductionem accipiunt, sic  
ergo patet primum.

Sancto Porciano

**Q**VANTVM ad secundum sciendum est quod  
aliquid potest subesse prouidentie dupliciter. Vno modo  
sicut illud cui prouidetur, & hoc modo subsunt prouide-  
tie sola subsentientia vel supposita. Cuius ratio est quia il-  
li soli cuius est agere & per actionem tendere in finem com-  
petit quod ei prouideatur de his que expedient actioni &  
confectioni finis, sed solis suppositis competit agere, &  
per actionem tendere in finem, ergo non omnia subsunt  
prouidentie vel ei prouideatur, sed solum supposita vel  
subsistentia. Alio modo potest aliquid subesse prouide-  
tie, non sicut illud cui prouidetur, sed sicut illud de quo  
prouidetur, vel contra quod prouidetur. vtrumq. enim  
cadit sub prouidentia, scilicet collectio expedientium,  
& remoto impedientium, & hoc modo dicendum est  
quod omnia que sunt in creaturis subsunt diuinæ prouide-  
ntie.

**Q**uod patet remouendo tria que videntur subterfu-  
gere diuinam prouidentiam que sunt causalia & fortuita,  
& mala conringentia. Casualia enim & fortuita videntur  
subterfugere Dei prouidentiam, quia quod non est pre-  
cognitum non est prouisum, sed causalia non sunt pre-  
cognitum accidit preter intentionem agentis, ergo non sunt  
prouisa. Item mala videntur prouidentiam subterfugere,  
qua prouidentia videtur solum se extendere ad illa quo-  
rum Deus est causa, sed deus non est causa malorum factorum  
est, ergo &c. Item contingencia ad vtrumlibet ea videntur  
subterfugere, quia quod non est in se determinatum, non est  
ordinatum ad determinatum finem, sed contingens ad vtrum-  
libet non est in se determinatum, ergo nec ordinatum in  
determinatum finem, sed omne prouisum est ordinatum  
in determinatum finem, ergo &c.

**P**rimum istorum non cogit, non enim ex hoc dicitur  
aliquid causalium vel fortuitum, quia nullam habeat causam,  
dicte Boëtius. 5. de consolatione, & nihil est quod ex causa  
legitimis non oriatur, sed propter hoc quod evenit pre-  
ter intentionem agentis. unde fons agri per se causam  
habet, & repertio thesauri similiter, ad concursus harum  
causalium est per accidentem, et non intentus ab aliqua dicta  
rum causalium, ideo fodens a casu inuenit thesaurum, si autem  
estet aliqua causa has duas connectens per se respectu illius  
non est effectus causalium, sed intentus, cetero ergo omnis  
ordo & ois causalium connexionem habet a diuina prouidentia,  
respectu eius nihil est a causa vel a fortuna, & hac est via  
Boëtius. 5. de consolatione, ubi dicit sic, licet casus sit inopina-  
tus eventus ex confluentibus causalibus in his que propter alii  
quid geruntur concurrent, atque constat facit causalium, or-  
do ille ex ineuitabili connectione procedens qui de prouide-  
ntiae fonte descendens cuncta suis locis temporibus  
disponit.

**S**ecundum etiam non cogit, quia ad plura se extedat  
diuina scientia que eius causalitas. Prudentia autem ad fi-  
entiam pertinet, & ideo potest se extendere ad mala, ad  
qua non se extendit causalitas diuina, unde cadit sub diu-  
na prouidentia, vt illa contra que prouidetur hominibus  
ne fiant, & si facta fuerint, ordinantur per poenam, & ex iis  
per diuinam prouidentiam multa bona elicuntur.

**T**ertium similiter non valet, nam & contingentia  
ad vtrumlibet licet sint indeterminata in sua causa parti-  
culari, secundum se considerata, tamen apud diuinam scien-  
tiam sunt determinata, ut dictum fuit prius, quia Deus non  
solum scit causas impedibilem secundum se, sed omnia in  
pedimenta que possunt evenire & que evenient, quibus  
scitis scitur quicunque effectus contingens secundum deter-  
minatum esse, & ideo contingentia sic determinata scien-  
tia, prouidit Deus ad determinatos fines, & sic patet se  
cundum.

**Q**VANTVM ad tertium dicendum quod Deus  
non prouideret æqualiter omnibus. Quod patet dupli-  
citer. Primo sic, illa que non ordinantur ad æqualem finem  
non subsunt æqualiter prouidentiam. Nam finis & ea que  
promouent in finem debent habere proportionem, pro-  
videntia autem est eorum que conferunt ad consecu-  
tionem finis, sed non omnia ordinantur in eam finem,  
sed quod in supernaturalem, vt creatura rationalis, alia ve-  
ro in finem purè naturalem, vt creatura irrationalis, er-  
go &c. Secundo sic, executio prouidentie respectu ali-  
quorum

Vide sup. d.  
33. q. 1. 5. 2.

## Lib. I. Distinctio XXXIX.

quorum est à deo immediata; scilicet respectu angelorum & eorum quae immediatè à deo producuntur, vel peccatum aliorum est medianibus causis secundis, quare manifestum est quod prouidentia dei non est aequaliter de omnibus. Hæc autem inaequalitas est ex parte rerum, & non ex parte dei, qui una ratione simpliciter scit quod vincuique rei expedit ad consecutionem sui finis.

13. A D. Primum argumentum dicendum est quod prouidentia humana non se extendit nisi ad contingenta, nec ad illa omnia, sed solum ad illa quae possunt per hominem fieri, vel impediendi, & quia homo non est factor rerum naturalium & necessariarum, ideo ad hæc non extendit prouidentia humana, sed quoniam Deus sit factor rerum quas necessarias dicimus, sicut liberè & non necessariè producere sunt à deo, ideo res necessarie subsunt diuinam prouidentiam in quantum eis sciens & liberè volens contulit ea quae sunt expedientia ad consecutionem sui finis.

14. Ad secundum dicendum quod ad prouisorem particulari pertinet removere impedimenta finis particularis quem intendit, ad prouisorem vero vniuersalem pertinet mouere ea quae impediunt consecutionem finis vniuersalis, propter quod negligit quandoq; bonum particulare, mala autem particularia naturæ que sunt mala potest non impediunt bonum cōmūne, immo promouent & necessaria sunt, quia in sphera generabilium & corruptibilium non potest saluari bonum totius sine malo partis quia generationes sunt ibi necessariae, generatio autem vniuersus non potest esse fine corruptione alterius, & ideo mala potest vel potius natura, ut defectus & corruptiones sunt intenta a prouisore vniuersali. De malis vero culpe quod non habent a vilo impediendi, potest dupliciter dici. Vno modo quod non possunt impediiri sine p[ro]iudicio boni vniuersalis, quia non permetteretur creatura rationalis agere secundum proprium motum sua libertatis. Alio modo quod ad prouisorem pertinet removere impedimenta, vel dare rei illa per quae possit vitare illa quae impediunt ipsam a consecutione finis, & hoc est magis debitum his quae consequuntur finem ex merito sua actionis. In hoc enim est magna pars meriti, quod homo liberè caueat ab his quae possunt eum impediire a consecutione sui finis. Deus autem omni creature rationali contulit auxilia per quae potest vitare mala culpa, & impedi mens sua salutis, ideo &c.

15. Q[uod] Y O D autem dicitur Sap. 12, quod aequaliter est ei cura de omnibus pro tanto dicitur, quia inaequalitas est in rebus prouisis, non autem in Deo prouidente.

Q UÆ S T I O Q U A R T A.

Vtrum prouidentia sit idem quod fatum.

*Thom. I. q. 1. ar. 16.*

D EINDE queritur, vtrum prouidentia sit idem quod fatum. Et videtur quod sic, quia comparatio alicuius ad diuersa non plurificat eius essentiam, sed prouidentia & fatum non differunt, nisi secundum comparationem ad diuersa, dicente Boetio. 4. de cōsolatione sic, modus quo res geruntur cum ad diuinam cognitionem referuntur, prouidentia dicitur. Cum vero ad res ipsas quae geruntur, fatum vocatur, quare &c.

2 IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. 5. de Ciui. dei, quod nihil fati fieri dicimus, nihil autem fieri diuina prouidentia, est erroneum, ergo non sunt idem saepe & prouidentia.

3 R E S P O N S I O. Fatum dupliciter accipitur. Vno modo pro vi syderum inconsiderata, vnde, 5. de Ciui. dei dicitur quod cum homines fatum audiunt vñitata loquendi conseruandæ nō intelligunt nisi vim positionis syderum. Alio modo dicitur fatum ordo caſaurum & earum connexionis prout reducuntur in diuinam voluntatem & scientiam omnia ordinatæ & connectentem, sicut dicitur in eodem lib. cap. 8. Et iste modus est magis proprius quam primus. Fatum enim a fando dicitur. Illud autem quod diuina prouidentia ordinatum est quodam caſaurum connexione effatur, sicut verbum vocale est quoddam effatum interioris conceptus.

4. Sic ergo accipiendo fatum, patet quod differt in multis à prouidentia. Primo ex parte subiecti in quo est. Illa enim sunt diuersa quae sunt in diuersis subiectis, sed prouidentia & fatum sunt huiusmodi, nam prouidentia est in

## Quæſtio IIII.

108

Deo, fatum autem in causis secundis, est enim ordo causarum reductus Deum, ordo autem est in ordinatis, quare &c. Secundo, quia fatum dependet ex prouidentia & in ipsam reducitur & non econuerio. Tertio, quia prouidentia est eterna, fatum autem temporale, quod enim Deus ab æterno disposuit & prouidit, faro temporaliter subministrat. Quarto, quia non oīa subduntur fato, sicut illa quae immediatè à Deo procedunt ab eo ordine caſaurū secundarum, & generaliter quanto aliqua sunt viciniora Deo, tanto minus subduntur fato, omnia autem subduntur dictum prouidentie, ut patuit prius, quare &c.

5. A D. Argumentum in oppositum dicendum est quod fatum & prouidentia non solum differunt penes diuersos respectus, sed penes multa alia ut visum est. Quod autem dicit Boetius quod modus quo res geruntur cum ad diuinam cognitionem refertur &c. sic accipiedum est ac si dixisset, quod diuinam cognitionem respectu talium est prouidentia, sed sed executio est per fatum.

6. Quod autem dicit Aug. fato nihil fieri, verum est prout fatum dicebat aliqui esse vñi syderū imponentem neceſitatem his quae fiunt a libero arbitrio, aliter non.

## D I S T I N C T I O X L.

Sententia litera Magistri in generali  
& speciali.

P Rædestinatio vero. Superius determinauit Magister de praedestinatione dei in communione, hic vero determinat de ea prout se habet ad suos specialiter, scilicet de p[re]destinatione. Et diuiditur in tres partes. Primo enim determinat de p[re]destinatione in le. Secundo per comparationem ad suam causam. Secunda in princ. 4. dicit. Si autem querimus. Prima in tres partes diuiditur. Primo determinat quid sit p[re]destinatione. Secundo declarat p[re]destinationis certitudinem. Tertio de p[re]destinatione in comparatione ad reprobationem. Secunda ibi, Prædestinatiorum nullus. Tertia ibi, Cumq[ue] p[re]destinationi. Secunda istarum diuiditur in tres partes. Primo enim ponit quandam veritatem. Secundo obicit in contrarium & solvit obiectiōnem. Tertio obicit contra solutionem & solvit. Secunda incipit ibi, Ad hoc autem obiciunt. Tertia ibi, Veruntamen adhuc hic instant. Hæc est diuisio & sententia generalis.

7. IN speciali vero sic procedit, & proponit primo quod p[re]destinatione est p[re]paratio gratiae, & quod p[re]destinatione non potest esse sine p[re]scientia, p[re]scientia autem sine p[re]destinatione potest bene esse. Postea subdit quod p[re]destinationis numerus est certus, non enim p[re]destinationis potest damnari, nec reprobatus saluari. Deinde obicit contra hoc. Potest enim Deus dare gratiam quibus non dat, & subtrahere quibus non subtrahit, igitur potest augeri vel minui numerus electorum. Et respondet quod iste propositiones p[re]destinationis potest damnari, reprobatus potest saluari, possunt intelligi distincte, non enim possunt simul esse, s. q[ue] p[re]destinationis sit & damnatur, quod p[re]scientius sit & saluetur, sed diuiniſim vera sunt, in eo enim qui est p[re]destinationis est possibilis ad vtrumq[ue] innuit etiam aliam solutionem dicens, q[ue] licet p[re]destinationis possit damnari, non tamen p[re]destinationis inquantum p[re]destinationis est, hæc enim additio propositionem veram facit falsam, & falsam facit veram. Deinde obicit contra hoc si p[re]destinationis inquantum p[re]destinationis non possit damnari, & p[re]destinationis at aeterno non potest non esse p[re]destinationis, ergo ille qui est p[re]destinationis nullo modo poterit damnari, & responder quod cum dicitur non potest non esse p[re]destinationis, potest dupliciter intelligi, vel cōiunctim ut prius p[re]destinationis postea non sit p[re]destinationis, vel diuiniſim (ut sit sensus) quod sicut Deus ab aeterno potuit illū non p[re]destinationis p[re]destinare, ita & modo potest, quia actus diuinus non transit in p[re]teritū, & sic ille qui est p[re]destinationis potest esse non p[re]destinationis sicut ab aeterno potuit p[re]destinationis, vnde autem subdit quod in actibus hominum qui transeunt in p[re]teritū talis distinctione locū non habet. Postea cōparat p[re]destinationis & reprobationis ad initium, vnde dicit quod sicut p[re]destinationis nominat electionem & p[re]scientiam & preparationem beneficiorū dei, ita reprobatio dicit p[re]scientiam iniquitatis & preparationem p[re]

O 4 na